5581 [*L. Mam*]mius Maximus[1] macellu[*m* | *cum o*]rnamentis et me-[*r*]itor[*is sua pec. f. c.* | *id*]emq. dedicatione [*populo epulum dedit*].

Herculanei rep., est Neapoli (X 1450 vidit Mommsen). — 1) *Idem est supra N. 123. 150 (praeterea in aliis compluribus Herculanensibus), unde apparet titulum positum esse temporibus circiter Claudii.*

5582 Q. Fresidius Q. f. . . . | Gallus | macellum et ar[*cus*] | in perpetuom o[*rnatum*] | municipio de[*dit*].

S. Benedetto in Marsis, ubi fuit Marruvium (IX 3682 descr. saec. XVI Accursius).

5583 M. Annio | Phoebo | municipes | Saepinates, | quot is ob | honorem Aug.[1] | et biselli macel|lum cum colum|nis, solo, aera|mentis, marmo|[*ribus*] . . . . .

Altiliae prope Saepinum (IX 2475 vidit Mommsen). — 1) *Augustalitatis.*

5584 . . s[*t*]aius Cosmus testa[*mento*] HS . . . . . | macellum exornari iussit. Fisia S . . . . . . | suppleta vicesima[1] consummavit idqu[*e nomine*] . . . . . . | fili sui exornat[*um*] . . .

Aeclani ut videtur (IX 1169 semel nescimus a quo descripta). — 1) *Scilicet hereditatium. Cf. supra N. 305 not. 2; N. 5402. 5598.*

5585 [*res*] publica populusq. | Corfiniensis | macellum Lucceium vetus|tate dilapsum adiectis ba|silicis sua pecunia restituit | decreto decurionum.

Raiani prope rudera Corfinii (IX 3162 partem dimidiam vidit Dressel).

5586 M. Sempronius Hymnus suo et M. Semproni Reburri | fili sui nomine macellum vetustate conlab|sum sua pecunia restituerunt item|que et mensas lapideas posuerunt.

Villajoyosa in ora Hispaniae (II 3570 cf. II S. p. 958 Huebner vidit ectypum).

5587 *(quattuor versus erasi)* Aug.[1], | macellum vi ignis conflagratum | curante Vali. *(sic)* Supero v. e. proc. arg.[2] | r. p. Dom.[3] ad pristinam | faciem restituit XII kal.

Srebnicae in Bosnia ut videtur rep. (III S. 12733 = arch. ep. Mitth. 16 p. 140 descr. Patsch). — 1) *Vestigia nominum Macrini in eis quae praecedunt agnovit Patsch.* — 2) *Viro egregio, procuratore argentariarum. Idem procurator memoratur in titulo posito anno 220, III S. 12734 = arch. ep. Mitth. 16 p. 132.* — 3) *Res publica Domaviana.*

5588 macellum terrae motibus lapsum, | A[*u*]tonio[1] Iustiniano rectore | provinciae disponen., | Castricius vir primarius | sumptu proprio | fieri curavit cum Silverio filio, | acceptis columnis et tegulis | a re publica.

Aeserniae (IX 2638 bis ut videtur descripta saec. XVIII). — 1) Antonio *traditur (correxit Mommsen ad eiusdem praesidis lapides Anxanensem IX 2998 et Venafranum X 4858).*

---

archive.org